Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

in medio cordis tui. Vita enim sunt custodiẽ
tibus ea. et omnium carni sanitas. Omni cu
stodia serua cor tuum. quoniam ex ipso vita procedit.
Remoue a te os prauum. et detractiones la
bia sint procul a te. Tu. Sabbo. Ant.
Oculi tui recta videant. et palpebre
tue precedant gressus tuos. Dirige
semitam pedibus tuis et omnis vie tue sta
bilientur. Ne declines ad dexteram. neque ad
sinistram. Auerte pedem tuum a malo. Vias
enim que a dextris sunt nouit dominus. peruerse autem
sunt quam a sinistris sunt. Tu. Fili mi at
tende sapiam meam. et prudencie mee inclina
aurem tuam. ut custodias cogitaciones tuas.
et disciplinam labia tua conseruent. Fauus
enim distillans labia meretricis. et nitidius
oleo guttur eius. nouissima autem eius amara
quam absinthium. et acuta quam gladius biceps.
Pedes eius descendunt ad mortem. et ad infe
ros gressus illius penetrant. Semitam
vite non ambulant. vagi sunt gressus illius
et inuestigabiles. Nunc igitur fili audi me
et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac